fratres, cum animalibus suis pascendis in communiâ pasturæ de Bereford, à pasturâ forinsecâ; scilicet, de Hethcote, et omnibus aliis pasturis forinsecis liberum haberent ingressum et regressum eundi et redeundi, et pro voluntate ipsorum fratrum in eadem pasturâ de Bereford commorandi, absque impedimento vel calumpniâ ipsius Willielmi, hæredum, et assignatorum suorum. Remissionem etiam et quietam clamantiam, quas Fulco de Lucy per scriptum suum fecit fratribus prædictis de decem solidatis annui redditus, quos idem Fulco ab eisdem fratribus annuatim percipere consuevit, pro duobus mesuagiis et tribus virgatis terræ in villâ et campis de Bereford, quæ appellatur libera hida; quæ quidem duo mesuagia, cum tribus virgatis terræ prædictis, præfatis fratribus remanserunt per finalem concordiam inter Will. de Lucy, avum prædicti Fulconis, et fratrem Eliam tum domus prædictæ ministrum, factam apud Warrewick, coram Rogero de Thurkelby, Gilberto de Preston, magistro Simone de Malton, et Johanne de Cobeham, quondam justiciariis itinerantibus Henrici filii regis Johannis, anno regni sui tricessimo primo.

Donationem etiam et concessionem, quas Ricardus filius Willielmi Mallore de Kirkeby, per scriptum suum fecit præfatis fratribus, in puram et perpetuam elemosinam, de terrâ quæ vocatur Barlichwong, de dominico ipsius Ricardi, in quâ fundata est ecclesia de Kirkeby, sicut certis circumdata est limitibus, versùs aquilonem, et versùs occidentem; unà cum advocatione ejusdem ecclesiæ, et cum capellis de Sulton et Pekynton, et cum omnibus aliis ad eam pertinentibus, de jure imperpetuum possidendis. Donationem insuper, concessionem, et confirmationem, quas Willielmus de Putot per cartam suam fecit præfatis fratribus, de unâ virgatâ terræ in villâ de Essorâ, et extra, cum omnibus pertinentiis suis, cum domibus et mesuagio, et cum duabus acris terræ, quæ fuerunt de dominico ipsius Willielmi, quarum una jacet in uno campo versùs Merhulle, et alia in alio campo versùs Donam, cum jure et dominio duarum acrarum terræ, quas idem Willielmus attornavit et assignavit ministris ecclesiæ de Neubald; ita quod idem Willielmus et assignati sui de Essorâ erunt soluti et quieti de minutis decimis de chirchesoth in villâ de Neubald imperpetuum, unà cum pratis et terris, quas Robertus de Mortimer habuit de prædicto Willielmo ad terminum; et cum omnibus pertinentiis, libertatibus, et aisiamentis ad prædicta tenementa pertinentibus, in puram et perpetuam elemosynam. Remissionem etiam et quietam clamantiam, quas Willielmus de Nafford junior, per scriptum suum fecit præfatis ministro et fratribus, et eorum successoribus, de seminando totam illam terram, quæ vocatur la Blakeheth in campo de Bereford, quotienscumque sibi viderent expedire, absque contradictione vel impedimento ipsius Willielmi et hæredum suorum. Donationem insuper, concessionem, et confirmationem, quas Will. de Oddyngesheles per scriptum suum fecit prædictis fratribus de totâ terrâ illâ, quam Robertus de Gorsthulle tenuit in Hundeshule in manerio ipsius Willielmi de Solehulle, cum peciâ terræ jacente in angulo inter viam extendentem versùs Wilakesford, et viam extendentem versùs Solehulle, juxta eandem terram, cum communibus pasturis, et libertatibus et aisiamentis ad prædictam terram pertinentibus, in liberam et perpetuam elemosynam. Et quod iidem fratres liberi sint et quieti à sectâ curiæ, et ab omni exactione seculari dicto Willielmo et hæredibus suis pertinente. Concessionem etiam et confirmationem quas Willielmus de Bello Campo, dudum comes Warwikyæ, per scriptum suum fecit præfatis ministro, et fratribus, de tribus culturis terræ, quarum una le Cleiputtes, et alia la Morecroft, et tertia Fernyfurlong vocantur, cum liberâ communiâ in tempore aperto, et aliis pertinentiis suis: habendum liberè et quietè, cum libero introitu et exitu absque sectis curiæ, releviis, et omnibus secularibus serviciis, consuetudinibus, et demandis universis, præfato comiti vel hæredibus suis aliquo modo pertinentibus. Remissionem insuper et quietam clamantiam, quas Willielmus nuper prior de Coventre, et conventus ejusdem loci per scriptum suum indentatum fecerunt ministro, et fratribus domus prædictæ, de terris, et tenementis, quæ Rogerus filius Henrici de Wittele, et Emma vidua, quondam tenuerunt in Heitcote; cum wardis, releviis, heriettis, escaetis, et aliis servitiis dictorum tenementorum. Habendum liberè et quietè ab omni servicio seculari, exactione, sectâ curiæ, quærelâ, et demandâ, ratas habentes et gratas eas, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo fratri Thomæ de Offynton, nunc ministro domus prædictæ, et fratribus ejusdem domus, et successoribus suis imperpetuum, concedimus, et confirmamus, prout cartæ et scripta prædicta rationabiliter testantur, et prout iidem minister et fratres ac eorum prædecessores terras et tenementa prædicta hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus, &c. T. rege apud Kenylworth, xxvi. die Novembris.

## ESTON, *near* BURBACH, *in* WILTSHIRE.

TANNER'S is the only account of this House which the Editors have to offer. He says, it was "An Hospital or Priory for Canons or Freres of the Trinitarian Order for the redemption of Captives, as ancient as the time of K. Henry III.; by some said to have been founded by Stephen archdeacon of Salisbury."[a] It was dedicated to the Holy Trinity, valued, 26th Hen. VIII., in the total revenue, at *55l.* *14s.* *9d.*, after reprises at *42l.* *12s.* per annum, and granted, 28th Hen. VIIIth, to Sir Edward Seymour, Viscount Beauchamp; and, 6 Jac. I., to Edward Earl of Hertford.[b]

There is a Paper Survey of the Possessions of this House, *temp.* Hen. VIII., in the Augmentation Office.

## TRINITARIAN FRIARS *of* WORCESTER.

TANNER, from Nash's Worcestershire, vol. ii. Append. cxxxix., says, "In the parish of St. Nicholas, towards the bottom of the Angel Lane, between that and Broad Street, was a Religious House belonging to the Friars of the Order of the Holy Trinity for the redemption of Captives."

## FRIARS *of* KNARESBURGH, *in* YORKSHIRE.

LELAND, in his Itinerary, says, "The Priory self of Knarresburgh is a three quarters of a mile beneth March Bridge ripa citeriori. One Robert Flowr, sunne to one Robert Flowr that had beene two tymes Mair of York, was the first beginner of this Priory. He had beene afor a little while a monk yn New-Minster-Abbay in Morpeth, forsaking the landes and goodes of his Father, to whom he was heir as eldest sunne, and desiring a solitarie life as an heremite resortid to the Rokkes by the ryver of Nidde; and thither, apon opinion of sanctite of hym, resortid other; and then he institutid his Companie in the sect of Friers of the Order *De Redemptione Captivorum*, alias *Sanctæ Trinitatis.* Estoteville gave landes to this House, at such time as he lay at Knaresburgh."[c]

King John, it appears, gave to Ivo, hermit of the Holy Cross at Knaresburgh, forty acres of land in Swinesco. This gift was confirmed by King Henry the Third.[d]

A Convent of Trinitarian Friars was unquestionably settled here in the reign of Henry the Third, by Richard king of the Romans, in the Chapel of St. Robert of Knaresburgh, the Robert Flower alluded to by Leland. The endowment deed, dated in 1256, is the second of those which follow the present Account. These Friars were endowed, at the Dissolution, with a revenue amounting to *35l.* *10s.* *11d.* per annum. The Site of their House was granted, 7th Edw. VI., to Francis Earl of Shrewsbury.

The Harleian MSS. 6969. pp. 38, 120. and 6970.

[a] The Sturmys and Seymors were accounted founders or patrons of this House, and many of them buried here, as Collins's Peerage, vol. i. p. 25.

[b] Tann. Notit. Monast. *Wilts.* xv. The following are Tanner's References to Public Records concerning Eston: "Cart. 35 Hen. III. m. 5. Pat. 2 Edw. II. p. 2, m. 3. Pat. 17 Edw. II. p. 2, m. 14. pro terris in Eston ex concessione Roberti Drue. Pat. 5 Edw. III. p. 1, m. 8. pro eccl. de Tydecomb Huse. Pat. 10 Edw. III. p. 1, m. 42 vel 43. Pat. 23 Edw. III. p. 1, m. 3 vel 4. Pat. 45 Edw. III. p. 2, m. 17. pro terris et ten. in Estwike, Clench, Middleton, Pewsey, Uphaven, Wotton Ryvers, &c. Pat. 13 Ric. II. p. 2, m. 18. pro eccl. de Tydecomb acceptanda in excambio pro maner. de Wikes. Claus. 13 Ric. II. m. 19. Pat. 14 Ric. II. p. 1, m. 23. pro maner. de Froxfield. Pat. 21 Ric. II. p. 3, m. 23 vel 24. Pat. 22 Hen. VI. p. 1, m. 14. pro eccl. de Stapulford approprianda. Pat. 30 Hen. VI. p. 2, m. 21." See also Repert. Orig. MS. Brit. Mus. vol. ii. p. 149.

[c] Lel. Itin. vol. i. p. 98.

[d] See the Charter Num. I.